Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



In te dne speraui non confundar in eternu.
In iustitia tua libera me & eripe me. Inclina
ad me aurem tua. & salua me. Esto mihi in dm
protectorem. & in locum munitu. ut saluu
me facias. Quoniam firmamentu meu. & re
fugium meum es tu. Ds meus eripe me de ma
nu peccatoris. & de manu contra legem agen
tis & iniqui. Quo tu es patientia mea dne.
dne spes mea a iuuentute mea. In te confir
matus sum ex utero. de uentre matris mee
tu es protector meus. In te cantatio mea semp.
tamquam prodigium factus sum multis.
& tu adiutor fortis. Repletur os meum
laude. ut cantem glam tuam. tota die
magnitudinem tuam. Ne proicias me
in tempore senectutis. cum deficeit uirtus
mea ne derelinquas me. Quia dixerunt
inimici mei mihi. & qui custodiebant animam
meam consilium fecerunt in unu. Dicen
tes ds derliquit eum. persequimini & com
prehendite eum. quia non est qui eripiat.